



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

6. Considerando Quid sit Passus Christus in singulis sensibus quinque?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

in mo
min
illis
uni
a, c
n tot
viden
Au
tus,
n ter
Ut q
clari
num,
auri
iofi
olap
um
ciem
st, q
nare
ur de
tati.
instu
mut
ruum
lla,
e cla
anus
pos
factu
tenen
e &
nit,
mod
Dei
fcond

scanditi, lanceâ militari perfossus est, ut pectus
tuum, à pravis cogitationibus mundaretur, mun-
datum sanctificaretur, conservaretur sanctifica-
tum. Pedes illi, quorum scabellum adorare de-
bemus, quia sanctum est, durâ transfixione con-
fixi sunt, ne pedes tui festinarent ad malum, sed
currerent viam mandatorum Domini. Quid
plura? foderunt manus ejus, & pedes, & dinu-
meraverunt omnia ossa sua: pro te carnem &,,
Animam suam posuit, ut corpus & Spiritum,,
tuum sibi vindicaret. Toto se; totum te com-,,
paravit.,] Haëtenus S. Cardinalis.

Cujus verba docent nos, in quosnam fines
Dominus noster JESUS CHRISTUS passus sit tor-
menta sua: & quos vicissim fructus vitæ, seu,
quæ, vivendi magisteria nos decerpere debeat-
mus, exspectaculo, ex fide, ex meditatione pas-
sionum ejus.

MODUS VI.

Sextus Passionem Dominicam meditando mo-
dus est, assumere singulos Corporis Christi
sensus externos, eorumque cruciatus sigillatim
expendere. Quid nimirum Passus sit Christus in
oculis, seu in Visu, in Auditu, in Gustu, in Ol-
factu, in Tactu? Visu Christus pertulit infandis-
sima quæque, aspiciendo rabiem illam hostium
& suorum. Quomodo cruciatus est, Judam ad
osculum accedentem, & antesignanum impio-
rum

*Vide Ludo-
vic. de Pont.
Medit. I.
Punct. 2. n. 2.*

rum omnium videns? quo dolore spectavit *sum ar*
 gientes discipulos, irruentes, liētores capientibus *bus m*
 ligantes, trahentes, raptantes, exultantes & *in*
 sultantes? quo sensu spectavit æstuentes in
 damnationem, oppressionemque seniores pe
 puli, milites ad cruciatum suum sese armante *furen*
 & animantes, & furorem pectoris sui crude *halan*
 depromentes, & in suam lanienam conatu *meturr*
 gno adnitentes? quo dolore vidit Barabbam *in qu*
 præelectum dimitti, se ad pænas rapi, se nudatque
 absque ulla verecundia, & omnium in oculum
 nudum statui? quo dolore spectavit de Cruce *quib*
 hostes in vicino insultantes, & blasphemant *partia*
 atque illudentes, Matrem sub Cruce stantem *monat*
 tos à longè prospèctantes? Hæc aliaque innum *cruci*
 ra mala, oculis suis hausit Dominus JESUS *quo*
 ditu petulit & passus est clamores bestiarum *illradit*
 rum cum furore rapientium atque trahenti *uicibus*
 Audivit probrosissima cognomina, falsa testim *ibus*
 nia, adjurationes, blasphemationes, illusion *puto*
 contempiones, accusationes, ad Crucem post *verib*
 lationes, latronibus æquationes, condemnati *Tact*
 nes, exprobrationes, insultationes, quibus *est re*
 omnibus immanem cordium suorum rabiebris *rabiebris*
 eructabant homines illi, furore diabolici *illud*
 pleni. *agon*
lum

Gustu, Myrrhæ, fellis acetique amator *etis ef*
 pertulit: siti deinde ac fame cruciatus est, *cujbris*
 cruciatûs magnitudinem, tum clamore in Cru *afflic*
 per Verbum *Sitio* testatus est, tum Propheta *est ab*
 pressit ejus nomine dicens. *Ossa mea sicut crem*
vissim

vitium aruerunt: & iterum. *adhæsit lingua mea faucibus meis; & iterum. dederunt in escam meam fel,*
 & *in siti mea potaverunt me aceto.*

Ps. 101. 4.

Ps. 21. 16.

Ps. 68. 22.

Odoratu Dominus noster pertulit pædorem
 furentium illorum, & in os ejus spurcitas suas
 halantium licitorum: Item fatorem carceris no-
 cturni, seu potius sentinæ, atque cloacæ illius,
 inquam detrusus dicitur Dominus pro nocte,
 atque in ea ad ortum diei servatus. Item fœto-
 rem sputorum phlegmatumque fordidorum,
 quibus plane oneratus fuit vultus ille Divinus,
 partim in illa nocte apud Caipham, partim in co-
 ronatione Spinea, partim denique quando ad
 crucifigendum super crucem extensus jacuit.
 Quo solo tempore ter & septuagies consputa-
 tur traditur facies Domini nostri, partim à carnifi-
 cibus crucifigentibus, partim à Judæis spectato-
 ribus. Pertulit quoque Dominus fœtorem &
 putorem montis Calvarii, putrescentibus cada-
 veribus maleficorum sordidi atque horridi. In
 Tactu quid pertulerit Dominus, supervacuum
 est recensere, cum constet, totius corporis mem-
 bris fuisse concussum, faucium, ac laniatum;
 illud trihorium Christi in Cruce pendentis, atque
 agonisantis, ad excarnificandum lethaliter sen-
 sum Tactûs in Christo, per singula momenta sa-
 tis efficax fuit. In quo tempore omnibus mem-
 bris Christus sine ullo respirandi spatio mansit
 afflictissimus. Etenim supplicium Crucis, esto
 absque confixione clavorum, est tamen gra-
 vissimum: adeò ut tandem fiat intolerabile:

C 4

quandò

quantò magis si etiam manus pedesque claudere
 terebrantibus perumpantur, in locis concu-
 sum nervorum omnem habentibus, ac per hunc
 maxime ad sensum doloremque idoneis, & hu-
 tius corporis reliqui dolorem in se continen-
 bus: accedit convulsio pectoris, & costarum
 pectore coherentium, cujus partis dolor, in
 verbis explicari, nec imaginatione cogitari po-
 test. Has omnes acerbitates cumulavit totum
 corporis instar chordæ, aut nervi super arcu
 Crucis distensio, quæ adeò valida intensio
 fuit, ut non dubitarit Dominus per Prophetam
 testari, tunc temporis *dinumerata fuisse omnia*
ossa, suisque sedibus emota. Ad quam in Do-
 no nostro tractus pœnam exaggerandam, ta-
 tum contulit teneritudo excellentiaque compo-
 sitionis, ut ob eam solam, parvi alioqui, mo-
 rati que dolores sensus hujus, in Christo tantum
 fuerint maximi, intolerabiles, ac ferè lethales
 ac omnium Martyrum doloribus majores. In
 ejusdem quoque pœnæ exaggerationem, con-
 tulit illud longè plurimum, id quod in nullis
 viventium hic, doloribus tormentisque repe-
 ri potest: nimirum quia in Christo doloris veh-
 mentia non dissipabat spiritus ab iis partibus
 affligebantur, neque concursu vehementi
 humorum principia nervorum, sive cerebri
 præoccupabatur, sensusvè per hoc impedi-
 batur: sed potius jugiter mansit illa sensuum
 tegeritas, illa cerebri vivacitas, illa spirituum abun-
 dantia, quæ ab initio Babilionis fuit, vel saltem
 quæ necessaria fuit, non tantum ad omnia quæ
 inferebantur, sed etiam quæ inferri adhuc
 tuiff

Pf. 21. 18.

clav tuissent tormenta vivacissimè perferenda, ita sustentante animâ corpusculum suum, ita Divinitate regente, ac protegente naturam assumptam humanam interius, ut ad patiendum dira omnia, virtum satis esset, & superesset, tam diu donec veniret hora, morti & discessui Animæ à corpore destinata: quo temporis puncto appetente, non est sensim ad extremam debilitatem perducta Christi Humanitas, sed vires hæctenus necessarias conservatas subitò cessare permisit, & Animam in manus Patris tradidit. Atque ita Dominus noster supplicia sua perinde in fine, ac in exordio illorum vivaciter acerbissimèque sensit, totoque Passionis tempore toleravit. Quod non tantum de solius tactûs doloribus, sed prorsus de omnium sensuum, membrorum, potentiæque cruciatibus sentiendum est.

Ex horum omnium consideratione, quanta seges affectuum piorum, quanta heroicorum ad tolerandum patiendumque pro Christo resolutionum materia, immo necessitas meditandi assurgere possit, ac debeat: dicere nil opus arbitror.

MODUS VII.

Septimus meditandi Passionem Dominicam modus est. Assumere ad meditandum bona Animi, Corporis & Fortunæ: expendereque quid, quomodo, & quantum, in unoquoque

C 5

bono-